



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntaxis Joa[n]nis Despauterij Niniuit[a]e Berga[rum] diui  
Guinnoci ludimagistri**

**Spauter, Johannes de  
Argentorati, Anno, M. D. XV.**

Regvla. I. Fixa dabunt ternum substantiuo mediante Verbo, quod per  
habet contingit sæpe resolui.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70853)

tur de ceteris casibus datiuī, accusatiuī & ablatiuī, quāsdā regulas obī oblatas declarauimus, eas nō repetimus, sed quod reliquū est, ut possimus, breuissime absoluemus, nihil tñ quod uile iudicabit omittētes. Iamiam o adolefcētuli diligētissime auscultādū, nam uariarū cōstruētionū adytū ingredimur in hoc datiuī regimine, pulcherrimā gerū dīorū, infinitiuorū, supīnorū, & participiorū labyrinthū, cū alijs nō pōnitēdis in accusatiuī regimine manifestaturi, neq; qppīā aspīnabile in ablatiuī regimine tradituri. Mox in nono capite opīs nostri cōstructionē, siue (ut rectius loquar) grāmaticā partiū ordinationē subdituri cū oratorijs elegātīs, neq; omittē reciprocōrū traditio.

## REGVLA .I.

Fixa dabunt ternum substantiuo mediante  
Verbo, quod per habet contingit saepe resolui.

Omne nomē substantiuū pōt regere aliud substantiuū in dtō, mediāte uerbo substantiuo habētī uim substantiuī, & uerbū substantiuū resoluitur in uerbū habeo, & sunt oratiōes huius regulē multū elegātes, qā lepidius dixeris, est mihi liber q̄ habeo librū, uelle suum cuiq; est q̄ quisq; habet uelle suū, hic em̄ panis cibarius est ille p̄cerū. Virgilius Sunt nobis mitia poma, Castaneq; molles, & p̄lli copia lactis. Est mihi nāq; domi pater, est iniusta nouerca. Sunt mihi bis septem p̄stanti corpore nymphę. Ludite secure q̄bus est es, semp in arca. Hora. Vos q̄bus est uirtus muliebrē pellite luctū, Indotata mihi soror est, paup̄cula mater. Dic etiā, est mihi bene, est mihi melius. i. bene ualeo &c. Liber est Ioānis. i. pertinet ad Ioannē, liber est Ioāni. i. Ioānes habet librum, etiā forsitā si nō possideat. Sum tibi pater. i. sum pater tuus. Sum tibi loco patris. i. tui cura mihi est perinde ac si essem pater. Ecclesiasticis relinquitur. sum tibi in patrē &c.

## REGVLA .II.

Ternum pro quarto, aut sexto cum prapositionis  
Ponimus, id clamor cœlo, compellere hibisco,  
Omnibus hic statur, uel ab oibus, at mihi statur,  
Aut a me, dici uix credunt, nam generalem  
Passiuæ uocis impersonale receptat  
Actū, seruitur mihi ab omnibus, hoc bene dices  
Matthæum legitur, penitus spreuere peritū.  
Attamen hoc pacto Plautus scripsisse uidetur.  
Datiuus ponit sepe pro actō uel abltō cū p̄positione ad, uel in, cum

N